

Summa de quolibet Thome Aquinatis / fratris sacri Ordinis Predicatorum / Vini quidem sanctitate et scientia prestantissimi incipit feliciter ;

Quesitum est de deo Angelo et homine. De deo quæsitum est : et quæsitum ad diuinam naturam : et quæsitum ad humanam assumptam. **Q**uæritur ad diuinam naturam quesitum est. **U**trum beatus Benedictus in visione quæ vidit totum mundum diuinam essentiam viderit. **E**t ostendebatur quod sic. **D**icit enim Gregorius de hac visione loquens / anime videnti deum angusta fit omnis creatura. **S**ed videre deum est videre diuinam essentiam : ergo beatus Benedictus vidit diuinam essentiam.

Preterea ibidem subdit Gregorius quod totum mundum vidit in diuino lumine. **S**ed non est aliud lumen quam claritas dei quæ ipse deus ut idem Gregorius dicit. **E**t habet in glo. exo. xxxiii. super illud non videbit homo et uiuet : ergo beatus Benedictus vidit deum per essentiam.

Sed contra est quod dicit Iohannes primo deum nemo vidit unquam : ubi dicit Glo. quod nullus in mortali carne uiuens dei essentiam videre potest. **I**tem dicendum quod corpus corruptibile aggruat animam : ut dicit Sapiens. ix. summa autem eleuatio mentis humane est : ut ad diuinam essentiam uidentem pertingat : unde impossibile est quod mens humana dei essentiam uideat (ut dicit Augustinus. xii. super Genesim. ad litteras) nisi huic uite mortali funditus homo intereat : ut sic alienetur a sensibus ut nesciat utrum sit in corpore vel extra corpus : sic de Paulo legitur scilicet chorinthios. xii. **B**eatus autem Benedictus quoniam illam uisionem vidit : nec huic uite funditus mortuus erat : nec a corpore sensibus alienatus. **Q**uod patet per hoc : quod dum adhuc in eadem uisione persisteret alium ad idem uidentem aduocauit ut Gregorius refert. **U**nde

manifestum est quod dei essentiam non uiderit. **A**d primum ergo dicendum quod Gregorius ex quadam proportionem argumentari intendit in uerbis illis. **S**i enim uidentes diuinam essentiam in eius comparatione totam creaturam computant prout quod ad uidentem : non ergo est mirum si Beatus Benedictus per lumen diuinum aliquid amplius uidere potuit quam homines communiter uideant.

Ad secundum dicendum quod lumen dei quoniam dicitur ipse deus : quoniam uero aliquod lumen deriuatur ab ipso secundum illud Psalmus. In lumine tuo uidebimus lumen : hic autem accipitur pro lumine deriuato a deo ;

Questio secunda ;

Unde queriebatur duo circa humanam naturam in Christo. **P**rimo. **U**trum fuit in Christo una filiatione qua refertur ad patrem et matrem an due. **S**ecundo. de morte eius. **U**trum in cruce mortuus fuerit ;

Ad primum sic proceditur. **U**idetur quod in Christo sunt due filiationes : multiplicata enim causa relationum multiplicatur et relationes : generatio autem est causa filiationis : cum ergo alia sit generatio quam Christus natus est eternaliter a patre / et alia qua natus est temporaliter a matre / erit etiam alia filiatione qua refertur ad patrem et alia qua refertur ad matrem. **P**reterea quod recipit ex tempore aliquid absolutum absque sui mutatione / potest recipere temporaliter aliquid proprietate relationem multo magis absque sui mutatione. **S**ed filius dei ex tempore recepit aliquid absolutum absque sui mutatione : quia super illud Iohannes. i. **N**ic erit magnus et filius altissimi uocabitur. **D**icit Ambrosius. **N**on ideo erit magnus quod ante partum uirginis magnus non fuerit : sed quia potentiam quam dei filius naturaliter habet / homo erat ex tempore accepturus : ergo multo magis ex tem-

pore potuit accipere filius dei absq̄
 sui mutatione nouā filiatōz: vt sic
 ei conueniāt duę filiationes: vna
 eterna ⁊ alia temporal. **S**ed cō
 tra. A quo habz aliquid q̄ sit tle/
 ab eius vmitate habet q̄ sit vnum
 tale. Sed filiatōne hē aliq̄s hō q̄
 sit filius: ergo vna filiatione vn̄
 est filius: sed **C**hristus est vn̄ fi
 lius ⁊ nō duo: ergo in **C**hristo nō
 sūt duę filiationes sed vna tm̄.
Sed dicendū q̄ relatōes differūt in
 hoc ab ommbz alijs reruz generi
 bus: quia ea que sūt aliorū gene
 rum ex ip̄a ratōne sui generis ha
 bent q̄ sint res vere: sic q̄ntitas ex
 ratione q̄ntitatis: et q̄litas ex rōe
 q̄litas: Sed relationes non ha
 bent q̄ sint res vere ex ratione re
 spect̄ vn̄ius ad alterz: Inueniūt
 em̄ quidam respectus qui non sūt
 reales sed rationales tm̄: sicut sci
 bile refert̄ ad scientiaz non aliqua
 reali relatione in scibili existente:
 sed potius quia sciētia refertur ad
 ipsū scdm̄ philosophuz. v. meta
 physicę. Sed relatio habet q̄ sit
 res vera ex sua causa per quaz vna
 res naturalez ordinē habz ad aliā
 tanq̄ ad terminū: qui quidez na
 tal ⁊ realis ordo est ip̄is ipsa rela
 tio. Vnde dextrū et sinistrū in ani
 mali sūt relationes reales: q̄ con
 sequūt̄ quazda; reales naturales
 virtutes. In colūna aut̄ sūt respec
 ctus rōis tm̄: s̄m ordinē aiālis ad
 ip̄az. ex eodē aut̄ habz aliqd̄ q̄ sit
 ens et q̄ sit vnū: et ideo cōtingit q̄
 est vna relatō realistm̄ p̄pter vmi
 tatem cause: sic patet de cause eq̄
 litate. Propter vnā em̄ q̄ntita
 tem in vno corpore ē vna equalitas
 tm̄: q̄uis sint multi respectus s̄m
 q̄s in diuisis corporibz dicit̄ esse eq̄le
 si aē s̄m omēs illos respect̄ multi
 plicarēt r̄aliter relatōes in vno cor
 pore: seq̄ret̄ q̄ in vno corpore essent
 accidētia inf̄mita v̄l̄ indeterminata. Et

s̄m̄ mgr̄ ē vna relatione mgr̄ oīm
 q̄s idē docz: q̄uis sint multi r̄spe
 ct̄. Sic etiā et vn̄ hō p̄pter vnāz
 realē filiatōz ē filī p̄ris sui et m̄ris
 sup̄: q̄ vna natiuitate vnā nat̄am
 ab vtroq̄ recepit. Videt̄ ergo di
 cēdū s̄m̄ hāc rōz: q̄ alia sit filiatō
 realis in **C**hristo q̄ r̄fertur ad p̄rez:
 et alia qua refert̄ ad matrez: quia
 alia generatōne nascit̄ ab vtroq̄/
 et alia est natura quā habz a pa
 tre: et alia quaz hē a matre. Sed
 alia ratio reformat pactū: hoc est
 em̄ vniuersaliter tenēdū: q̄ nulla
 relatio dei ad creaturaz realiter in
 deo existit: sed est respectus rōis
 tm̄: q̄ deus est sup̄ omēs ordinem
 creature et mēsurā oīs creature: a
 q̄ depēdet oīs creata et non euer
 so: multo magis q̄ hoc oueiat sci
 bili respectu sciētię in q̄ p̄pter has
 causas non est relatō realis ad sci
 entiā. **E**st aut̄ cōsiderādū q̄ sub
 iectum filiatōis non est natura ul
 nature pars aliqua: non em̄ dici
 mus q̄ humanitas sit filius: vel ca
 put aut oculus. In **C**hristo autē
 non poim̄ nisi unū suppositum: et
 vnāz hypostasim: sic et vnā per
 sonam: quod est suppositū eternū
 in quo nulla relatō realis ad crea
 turā esse potest ut iam dictū ē.
Vnde relinquit̄ q̄ filiatō q̄ **C**hri
 stus refertur ad matrem est respec
 ctus rōis tantum: nec p̄pter h̄
 sequit̄ q̄ **C**hristus non sit realiter
 filius v̄ginis: sic em̄ deus r̄aliter ē
 dñs p̄pter realē potētiam q̄ conti
 net creaturā: sic realiter est filī v̄
 ginis p̄pter realē naturā quaz ac
 cepit a matre. Si aē essent in **C**hri
 sto plura supposita: oporteret po
 nere in **C**hristo duas filiatōes: sed
 h̄ reputo erroneū et in concilijs iue
 mt̄ dānatū. Vnde dico q̄ in **C**hri
 sto ē vna relatō real̄ tm̄ q̄ refertur
 ad p̄rez. **A**d p̄mū ergo dicēdūz
 q̄ non negam̄ nō eē in **C**hristo re

alem filiationē q̄ refert̄ ad m̄rem.
quia causa relationis deficiat. sed
quia deficit subiectus talis relatio-
nis. cū nō sit ī Christo aliqd̄ suppo-
situm creatum vel hypostasis.

Ad secūdū dicendū q̄ eo modo q̄
ille hō accepit ex tempore dei potē-
tiam eodē modo accepit filiationē
eternam. inq̄tū scilicet factum est
vt vna esset persona dei et hominis
vt Ambro. ibidem s̄dit. Hoc aut̄
non est factus per aliquid realiter
absolutū. v̄ filiatū temporaliter
inherens filio dei. sed per solā vni-
onem que realiter existit in natu-
ra creata. nō aut̄ realiter ī ipsa p̄so-
na assumēte. ¶ Quod vero ī con-
trarū dicit̄ et obijcit̄ necessitatem
nō habet. dicit̄ em̄ aliquādo vnus
qualis p̄pter vnitatem substantia-
lem subiecti. licet sint multe quali-
tates ī eo. vt color et sapor ī pomo.

.iii. q.

HD secūdum sic p̄cedit̄. Di-
det̄ q̄ Christus ī cruce mor-
tuus nō fuit. Si em̄ fuit mor-
tuus. aut h̄ fuit q̄ ip̄e animam a
corpore sepauit. aut p̄pter vulne-
ra. sed nō primo modo. sic em̄ se q̄-
ret̄ q̄ iudei Christū nō occidissent
sed q̄ ip̄e sui ipsius fuit homici-
da. quod est iconueniens. Simi-
liter nec sc̄do modo. q̄ mors que
accidit p̄pter vulnera. p̄ueit hōie
ad sumā debilitatē. p̄ueniēte q̄d ī
Christo nō fuit. q̄ clamans expi-
rauit. ergo Christus n̄l̄o mō ī cru-
ce mortuus fuit. ¶ D̄re. nācā huāna
nō fuit ī Christo debilior q̄ ī alijs
hominibus. h̄ nullus alius hō tā cito
moreret̄ p̄pter vulnera manū et
pedū. vulnus aut̄ lateris fuit ei ī-
flictū post mortem. Christus ergo
ī cruce mortuus nō fuit. cuz nulla
causa mortis eius esse videat̄.

Sed cont̄ est quod dicit̄. Jo. xix.
q̄ Christus ī cruce pendens incli-
nato capite tradidit spiritū. mors

aut̄ est p̄ separationē aīe a corpore.
ergo christus mortuus fuit ī cruce.
¶ S̄ dicēdū q̄ absq̄ omī dubio ōfi-
tendū est Christū ī cruce vere fuis-
se mortuū. h̄ ad vidēdū cāz mortis
ei⁹ ōsiderādū ē. q̄ cū Christus fuit
de⁹ et hō. p̄fati eius s̄berat quicq̄d
p̄tinuerat ad huānaz nācāz ī ip̄-
so. q̄d ī alijs puris hōibz nō ōtin-
git. volūtati em̄ eoz non subiacēt
q̄ nācālia sūt. Vnde hęc causa as-
signatur quare anima Christi pa-
tiebatur simul et fruebatur. quia
scilicet eo volente hoc factum est.
non vt fiat redundantia a superi-
oribus viribus ī inferiores. nec
impedirent̄ superiores vires a suo
actu p̄pter passionē inferiorū.
quod ī alijs hominibus contin-
gere non potest p̄pter naturalē
coniunctionem potentiarum ad-
inuiem. ¶ Et similiter ī proposito
est dicendū. Mors enim violen-
ta accidit ex h̄ q̄ tormento v̄l noci-
mēto illato nācā cedit. et q̄diu na-
tura r̄sistere p̄t. tādiu mors retar-
datur. Vnde ī quibus natura est
fortior ex equali causa tardius mor-
riuntur. Erat autem subiectus vo-
luntati Christi quantum nācā re-
sisteret tormento illato. et quando
cederet. Vnde eo volente nācā re-
stitit nocumēto illato v̄sq̄ ad fi-
nē. plusq̄ ī alijs hominibus possit.
ita q̄ ī fine post multaz sanguinis
effusionem q̄si integris viribus cla-
mauit voce magna. et statim eo vo-
lente nācā cessit et t̄didit spiritus.
vt se d̄m nature et vite et mortis
ostēderet. Vnde h̄ admirās Cētū-
rio dixit. Vere hic hō fili⁹ dei erat.
Sic ergo et Iudei occiderūt Christū
nocumētū mortifex īferētes. et t̄n
ipse animam suaz posuit et tradi-
dit spiritū. quia quādo voluit na-
cā nocumēto illato totaliter cessit.
nec t̄n culpand⁹ est q̄si sui hōicida.
Est em̄ corp⁹ p̄pter aīaz et nō ecō-

uerso. vnde iniuria fit anime cū ppter nocumentum corpori illatum de corpore expellit contra naturalem appetitum aīe. licet nō forte ppter deputatā volūtatez se interficiētis. Sed si anima ī sui potestate haberet recedere qñ vellet et itez aduēire / nō maioris esset culpe si corpus desereret q̄ q̄ habitator deserit domū. Culpe tñ ē q̄ inde r̄pellit iniuriaz. Et p̄ h̄ patz r̄nsio ad obiecta;

Demūde querebāt duo de Angelo. Primo. Vtrū āgelus depēdeat a loco corporali s̄m suā essentiā. aut sit ī loco s̄m operationez tm̄. Secūdo de motu angeli. Vtrū possit moueri de extremo ī extremū sine medio; .iiii. .q.

Hoc primū sic proceditur. Videtur q̄ angelus non sit ī loco per operationez tantum. prius ē em esse q̄ opari. ergo prius ē esse ī loco q̄ opari ī loco. s̄ postea r̄ nō est causa prioris. ergo operari ī loco nō ē causa q̄re angeli sit ī loco. ¶ Respondeo. duo āgeli possunt operari ī vno loco. si ergo angelus esset ī loco solū p̄ operationez. sequeretur q̄ plures āgeli simul essent ī vno loco p̄ operationē q̄d reputatur impossibile. ¶ Sed contra. nobilius nō depēdet ab ignobiliore. s̄ essentia angeli est nobilior q̄ locus corporeus. ergo non dependet a loco corporeo. ¶ Responso dicendum q̄ qualiter angelus sit ī loco corporeo considerari potest ex modo q̄ corpus est ī loco. est em corpus ī loco per contactum loci. contactus autem corporis est per quantitātē dimensionem que ī angelo nō mouetur cum sit incorporeus. s̄ loco eius est ī eo quantitas virtualis. Sicut ergo corpus est ī loco per contactum dimensionē quantitatis. ita angelus est ī loco per contactum virtutis. Siquis autē velit virtutis contactum operatōz

vocare ppter hoc q̄ opari est prius effectus virtutis. Dicatur q̄ āgelus est ī loco per operationem. ita tamen q̄ per operationem non intelligatur sola motio sed quecūq̄ vnitō. qua sua virtute se corpori vnit p̄sidēdo v̄l continendo vel quocunq̄ alio modo. ¶ Ad primū ergo dicendum q̄ nihil prohibet aliquid esse prius simpliciter / q̄d nō est prius quantum ad hoc. sic corpus subiectum est simpliciter prius superficie. sed non quantum ad hoc q̄d est coloratus. Et similiter prius simpliciter est corpus q̄ contactus. corpus tamen est ī loco p̄ contactū dimensionē quantitatis. et similiter āgelus per contactū virtutis. ¶ Ad secūm dicendum q̄ si aliquid perfecte mouetur ab vno motore / non mouetur q̄ ab alio simul moueatur. immediate. vnde rō magis valet ad oppositū q̄ p̄positū; .v. .q.

Hoc secūduz sic procedit. Videtur q̄ angelus non possit moueri de extremo ī extremum qñ pertranseat mediū. omē em q̄d mouetur / prius est ī mutari q̄ ī mutatum esse. vt probatur ī .vi. Philosophoz. Sed si āgelus mouetur de extremo ī extremum. puta de a. ī b. est ī mutatum esse. ergo prius erat ī mutari. sed nō qñ erat ī a quia tūc non dum mouebatur. ergo qñ erat ī c. quod est mediū iter a et b. et sic oportet q̄ pertranseat mediū. ¶ Respondeo. si angelus mouetur de a. ī b. sine hoc q̄ pertranseat mediū. oportet q̄ corrumpatur ī a. et terminetur ī b. sed hoc est impossibile quia sic nō est idem angelus. ergo oportet q̄ pertranseat mediū. ¶ Sed contra. Omē q̄d pertranseat mediū oportet q̄ prius pertranseat egle sibi. aut minus aut maius. vt dicitur .vi. Philosophoz et ad sensum apparet. sed non potest esse minus spaciū q̄ āgelus q̄ est idis

uisibilis : oportet ergo quod pertransseat
equale quod est locus indivisibilis
et punctalis : infinita autem sunt puncta
inter quolibet duos terminos motus :
si ergo necesse esset quod angelus in suo
motu pertransiret medium oportere-
ret quod pertransiret infinita quod est
impossibile . ¶ **I**tem dicendum quod : an-
gelus si vult potest moueri de vno
extremo in aliud absque hoc quod per-
transseat medium : et si vult potest per-
transire omnia media . Cuius ratio
est quia corpus est in loco sic con-
tentum ab eo : et ideo oportet quod in mo-
uendo sequatur loci additionem : ut scilicet
licet pertransseat media prius quam ad ex-
trema loci perueniat : sed cum ange-
lus sit in loco per contactum virtutis
non subditur loco ut contentus ab
eo : sed magis continet locum sua vir-
tute supereminens loco . Unde non
habet necesse ut sequatur in suo mo-
tu additiones loci : sed voluntati sue
subest quod applicet se per contactum
virtutis huic loco et illi : et si vult
absque medio : sic etiam intellectus potest
applicari intelligendo vni extremo
puta albo et postea nigro indifferen-
ter : non cogitando de medijs coloribus
quibus corpus subiectum colori non
possit moueri de albo in nigrum nisi
per media . ¶ **A**d primum igitur di-
cendum quod verbum Philosophi et eius
probatio locum habet in motu con-
tinuo : Sed motus angeli non oportet
quod sit continuus : sed ipsa succes-
sio applicationum predictarum mo-
tus eius dicitur : sicut et successio co-
gitationum vel afflictionum dicitur
motus spiritualis creature secundum
Aug. viii . super Gen . ad lram .
Ad secundum dicendum quod hoc non ac-
cidit per corruptionem angeli aut no-
uam creaturam : sed quod eius virtus super-
eminet loco . ¶ **A**d illud vero quod in
contrariis dicitur : dicendum est quod
Angelus non est in loco per commes-
surationem sed per applicationem super

virtutis ad locum : que quidem vir-
tus potest esse indifferenter et ad lo-
cum diuisibilem et indivisibilem .
Unde potest continue moueri sicut
aliquid in loco diuisibili existens con-
tinue in recipiendo spacium : secundum
vero quod in loco indivisibili est non potest
eius motus esse continuus : nec etiam
pertransire omnia media ;

Quando quereretur de homi-
ne et primo quantum ad bonum
nature . Secundo quantum ad bo-
num gratie . Tercio quantum ad bonum
glorie . ¶ **C**irca primum quereretur
tria . Primo . de vniione anime ad cor-
pus . **U**t scilicet anima adueniente
corpore corrumpatur omnes forme que
prius inerat et substantiales et ac-
cidentales . Secundo de potestate li-
beri arbitrii . **U**t scilicet homo
absque gratia possit se ad gratiam prepara-
rare . Et tercio de dilectione natura-
li . **U**t scilicet homo in statu inocentie
dilexerit deum plus quam omnia et super
seipsum ; .vi . q .

Ad primum sic proceditur . **Q**ui-
detur quod per aduentum anime
non excludantur omnes forme
que prius inerat : dicitur enim Gen .
primo . **I**formauit deus hominem de
limo terre et inspirauit in faciem eius
spiraculum vite : frustra autem formasset
corpus si inspirando animam for-
ma quae formando indiderat exclu-
deretur : non ergo adueniente ani-
ma tolluntur omnes forme preceden-
tes . ¶ **R**espondeo . necesse est quod anima
sit in corpore formato et disposito
multis dispositiombus : si ergo ad-
ueniens anima omnes preceden-
tes formas et dispositiones amo-
uet : sequitur quod anima in instanti
totum corpus informet : quod videtur
esse solius dei . **R**espondeo . anima non
est nisi in corpore mixto : sed mixto
elementorum non fit solum secundum
materiam sed etiam secundum formas : alioquin
esset corruptio : ergo anima non exclu-

dit omnes formas in materia inueni-
tas. **P**roterea anima est perfectio
perfectiois autem non est corrupere
sed perficere. non ergo adueniens
corpori corrumpit formas preexisten-
tes. **S**ed contra omnis forma
adueniens existenti in actu est for-
ma accidentalis. forma enim substan-
tialis facit actu esse simpliciter. si
si anima adueniens non destrue-
ret preexistentes formas sed eis sup-
adderet. sequeretur quod adueniret
existenti in actu. quod quilibet forma
sit actu facit esse in actu. ergo anima
adueniens excludit formas preexi-
stentes. **R**esponso dicendum quod
impossibile est in uno et eodem esse
se plures formas substantiales. et
hoc ideo quia ab eodem res habet
esse et unitatem. manifestum est autem
quod res habet esse per formas. unde
et per formam res habet unitatem.
et propter hoc ubicumque est multi-
tudo formarum non est unum simpliciter.
sicut homo albus non est unum
simpliciter. nec animal bipes esset
unum simpliciter si ab alio esset ani-
mal et ab alio bipes ut dicit Philo-
sophus. **S**ed sciendum est quod
forme substantiales se habent ad-
inuicem sicut numeri ut dicitur in .viii.
Metaphysice. vltima sicut figure
ut de partibus anime dicit Philo-
sophus in .ii. de anima. Semper
enim maior numerus vel figura vir-
tute continet in se minorem. sicut quater-
narius quaternarium et pentagonum
tetragonum. **E**t similiter perfectio-
rum forma virtute continet in se im-
perfectiorem. ut maxime patet in
animalibus. Anima enim intellecti-
ua habet virtutes ut conferat corpo-
ri humano quicquid offert sensitiva in brus-
tis. et similiter sensitiva facit in ani-
malibus quicquid nutritiva in plan-
tis. et adhuc amplius. frustra er-
go esset in homine alia anima sen-
sitiva preter intellectiuam ex quo

anima intellectiva virtute conti-
net sensitivam et adhuc amplius.
sicut frustra adderetur quaternarius
posito quinario. **E**t eadem ra-
tio est de omnibus formis substan-
tialibus usque ad materiam primam.
ita quod non est in homine diuersas
formas inuenire substantiales sed
solum secundum rationem. sicut con-
sideramus eum ut viventem per ani-
mam nutritiuam. et ut sentientem
per animam sensitivam et sic de alijs. **M**anife-
stum est autem quod semper adueni-
ente forma perfecta tollitur imper-
fecta. sicut etiam adueniente figu-
ra pentagoni tollitur figura qua-
drati. **U**nde dico quod adueniente a-
nima humana tollitur forma sub-
stantialis que prius inerat. alio-
quin generatio unius esset sine cor-
ruptione alterius quod est impos-
sibile. forme vero accidentales que
prius inerant disponentes ad ani-
mam corrumpuntur quidem. non
per se sed per accidentem ad corrupti-
onem subiecti. unde manent eadem
specie sed non eadem numero. sicut
etiam contingit circa dispositiones
formarum elementorum que pri-
mitus materie aduenire apparent.
Ad primum ergo dicendum secun-
dum Basilium. quod spiraculum vite
dicitur ibi gratia spiritus sancti. et
sic obiectio cessat. si autem ut Au-
gustinus dicit spiraculum vite sit
ipsa anima. non oportebit dicere quod
alia forma formatum sit corpus ho-
minis de limbo terre. quod ipso spiracu-
lo vite diuinitus inspirato. non enim
formatio illa tempore precessit inspi-
rationem. nisi forte velimus dicere
illam dispositionem referri ad di-
spositiones accidentales. puta fi-
guras et alia huiusmodi que quo-
dammodo rationis ordine prein-
telliguntur in corpore ante animam
intellectivam. sicut materiales dis-

positōnes: quibz tamē p̄telligi-
tur ipsa aīa intellectiua: nō q̄ntuz
est intellectiua: sed inquātum cō-
tinet in se virtutem aliquaz de im-
p̄fectōribz formis. ¶ Ad h̄m dicē-
dū q̄ anima cū aduenerit corpori/
non facit esse corpus effectiue sed
formaliter tantum. Effectiue autē
facit esse corp⁹ id quod dat corpori
formaz vt perficiens v̄l disponēs:
aut id quod cooperat⁹ ad formaz:
paulatim autem et ordine quodā
inducendo materiam ad p̄p̄inqui-
orem formam aut dispositionem:
quāto em̄ p̄p̄inquoꝝ fuerit forma
aut dispositio: tāto minor erit re-
sistentia ad introductionē formę
et dispositionis complete: facilius
em̄ fit ignis ex aere q̄ ex aqua: q̄
uis vtracq; forma immediate asit
materie. ¶ Ad terciū dicenduz q̄
Auerrois posuit formas elemēto-
rum actu remanere ī mixto: quod
nō potest esse quia formę elemēto-
rum non possunt esse in vna parte
materie simul: ⁊ sic oportet q̄ sint
in diuisis partibz materie que di-
stinguūtur secūdū dimēsiuę q̄nti-
tatis dimēsiōnez: et sic oportebit
q̄ v̄l plura corpora sint simul v̄l q̄
nō sit mixtio vera totius ad totuz:
sed mixtio ad sensum secūdū mi-
nima iuxta se posita. Auerrois aē
ī tercio celi dicit q̄ formę elemen-
toruz sunt medie inter formas s̄b-
stantiales et accidentales: ⁊ q̄ re-
cipiunt magis et minus: ⁊ sic for-
mis elementoruz remissis et quo-
dammodo ad mediuꝝ redactis fit
mixtio: sed hoc est minus possibi-
le q̄ primum: naz forma substan-
tialis est termin⁹ quidaz esse spe-
cifici. Vnde in indiuisibili est ratō
formę sicut ratio numeri ⁊ figure:
nec est possibile vt intendatur vel
remittatur: sed omnis additio vel
substractio facit aliam speciem: et
ideo aliter dicendum secūdū P̄bi-

iosophum in primo de generatio-
ne. ¶ Formę miscibilium non ma-
nent in mixto actu sed virtute: p̄
ut scz virtus formę s̄bstantialis ma-
net in qualitate elementalī licet re-
missa: et quasi ad mediū redacta.
Qualitas enim elementalī agit
in virtute formę s̄bstantialis: ali-
oquin actio que est per calozē ig-
nis non terminaretur ad formam
s̄bstantialem. ¶ Ad quartū di-
cenduz q̄ anima cum sit forma est
perfectio quedaz particularis nō
autēz vniuersalis: et ideo ea adue-
niēte: sic aliquid p̄ficiat⁹ vt tñ aliud
corrumpatur; vij. q.

AD secundum sic proceditur.
Videtur q̄ homo absq; gr̄a
per solam naturalem arbi-
trij libertatem possit se ad gratiaz
p̄parare: quia vt dicitur Pro-
uīb. xvj. Hominis est p̄pa-
rare animam: hoc autem dicit⁹ esse
alicuius quod est in eius potesta-
te constitutuz: ergo ī hominis po-
testate constitutum est q̄ possit se
ad gratiā p̄parare: ergo nō ad-
huc indiget auxilio gr̄ie. ¶ P̄g.
Anselm⁹ dicit in libro de casu dia-
boli: q̄ nō ideo aliquis carz gr̄a q̄
deus non vult dare: sed q̄ ipse hō
nō vult accipere. Si ergo vellet pos-
set accipere: p̄ ergo si vult ad gr̄az
se p̄parare absq; exteriori auxi-
lio. Sed dicebat⁹ q̄ hō indiget in h̄
auxilio gr̄ie q̄ntuz ad exterius mo-
uēs. ¶ Cōtra homo p̄ moueri nō
solū ad ouersioꝝ ex bonis s̄ etiā ex
p̄ctis: sicut si aliquis videt aliquē
enormiter peccātē ⁊ ex horrore pec-
cati ad deū ouitit⁹: s̄ p̄ctm nō est a
deo: ergo absq; dei opatione p̄ se
hō ad gr̄az p̄pare. ¶ Sed cōn p̄
hoc ad gr̄am p̄pamur q̄ ad deū
ouertimur: Sed ad h̄ indigemus
auxilio diuine gratie: dicit⁹ enim
threnorum quarto: Cōuerte nos
dñe ad te ⁊ ouertimur: ergo hō idē

get auxilio diuine gratie ad hoc qd ad gratiaz se preparet. **¶** **P**re ad nihilum potest se homo preparare nisi cogitando: sed ad hoc ipm ho indiget auxilio gratie. dicitur em secunda ad Corinthios. iij. non qd sufficentes sim9 excogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: ergo indigemus auxilio diuine gratie ad h qd nos ad gratiaz preparem9.

Responsio dicenduz: qd i hac questione est cauendus error quidam Pelagij qui posuit qd per liberz arbitrium homo poterat implere legem et vitam eternam mereri: nec indigebat auxilio diuino nisi qntu ad hoc qd sciret quid facere deberet: scdm id Psalmiste: doce me facere voluntatem tuam. Sed quia hoc nimis parum videbatur vt solam scientiaz haberemus a deo: charitatem aut qua precepta legis impleretur haberemus a nobis. Ideo postmoduz Pelagianu posuerit: qd initiu boni operis est homini ex se ipso dum consentit fidei per liberuz arbitrium: sed consumatio est ho a deo. Preparatio autem ad initium boni operis pertinet. Vnde ad errorem pelagianu pertinet dicere qd homo possit se ad gratiam preparare absq auxilio diuine grtie. Sed hoc est contra Apostolum qd dicit ad philipen. i. qui cepit in vobis opus bonum ipse perficiet.

Dicendu e ergo qd ho indiget auxilio diuine gratie non soluz ad merendum sed etiaz ad h qd scilic3 ad gratiam se preparet aliter tamen et aliter. Nam meret9 homo per actum virtutis: cu non solum bona agit sed etiam bene: ad qd requiritur habit9 vt dicitur in scdo ethi. Et ideo ad meredu requirit9 habitualis gra. Sed ad hoc qd ho preparet se ad habitu consequendu no indiget alio habitu qd sic est9 procedere i infinitu: indiget aut dmo

auxilio / non solu qntum ad exterius ora mouentia put scilicet ex dmo prouidentia procuratur ho occasiones salutis: puta predicatōis exempla et interdum egritudines et flagella: sed etiam qntu ad interius orem motum put deus cor homis mouet ad bonum iuxta illud proverbiorum. xxi. cor regis in manu dei et quocūq voluerit vertz illud. Et qd h necessariu sit probat Philosophus in quodam capitulo de bona fortuna. homo em agit voluntate: voluntatis autem principuz electio: et electionis consilium. Si autem queratur quare consiliari incipiat: non potest dici qd ex consilio consiliari incipit: quia sic esset in infinituz procedere. Vnde oportet aliquod exterius principu esse qd moueat mentem humanaz ad consiliandum de agendis: hoc autem oportz esse melius humana mete: non ergo est corpus celeste qd est infra intellectualem virtute h de9 vt Philosoph9 ibidem concludit. Sicut ergo omnis motus inferiorum corporum que no semper mouentur principuz est motus celi: ita omnium motuum inferioru metium principium est a deo mouente: sic ergo nullus potest se ad gratia preparare nec aliquid boni facere nisi per auxilium diuinum.

¶ Ad primum ergo dicenduz qd per hoc qd hominis est ad gratiam se preparare per liberz arbitriu: non excludit9 necessitas diuini auxiliij: sicut nec p hoc qd ignis est calefacere excludit9 necessitas celestis mot9. **¶** Ad .ij. dicendu qd de9 mouz omnia s9 motuz eoz: et ideo dmo mot9 a qbusda pticipat9 cu nitate: a natura aut rōnali pticipat9 cu libertate: ppter h qd vtus rōnal se hē ad opposita et ideo sic de9 mouet mētem hūanaz ad bonu: qd tñ ho pē huic motōi resistere: et sic ex do e qd ho

mo se ad gratiam prepararet. Sed quod gratia careat non habet causas a deo sed ab homine secundum illud **Osee .xiii.** Ex te perditio tua israel tantummodo ex me auxilium tuum. **Ad .iii.** dicendum quod licet peccatum non sit a deo / tamen deus peccatum aliquando ordinat ad hoc quod sit aliquid cui salutis occasio; **viii . q .**

H D tertium sic procedit. Videtur quod primum homo in statu innocentie non dilexerit deum super omnia et plus quam seipsum. sic enim diligere deum est maxime merito; sed primus homo in statu illo non habuit unde posset proficere per meritum ut dicitur **i . xxiii . dis . ii . simon .** ergo primus homo in statu illo non dilexit deum plus quam seipsum. et super omnia. **De .** sic diligere deum est maxima preparatio mentis humanae ad gratiam consequendam. primus autem homo in statu illo / per gratiam non habuisse / sed sola naturalia. ergo non dilexit deum plus quam seipsum et super omnia. **De .** natura in se recurva est. quia scilicet omnia que amat retorquet ad se. sed propter unumquodque tale et illud magis. ergo naturali dilectione plus diligebat seipsum quam deum. non ergo diligebat deum super omnia. **Sed** contra. si non diligebat deum plus quam seipsum. aut ergo minus se. aut equaliter sibi. et utroque modo sequitur quod seipso homo frueretur dum se non referret in deum. frui autem seipso inducit perversitatem peccati. ut **Aug . do .** cet. ergo primum homo in statu innocentie iam erat perversus per peccatum quod est impossibile. sequitur ergo quod dilexerit deum super omnia.

R dicendum quod si homo factus fuit in gratia ut ex verbis **Aug . et Basilii** haberi potest. questio ista locum non habet. Manifestum est autem quod existens in gratia per charitatem diligit deum super seipsum. sed quia possibile fuit deo quod hominem faceret in puris

naturalibus. utile est considerare ad quantum se dilectio naturalis extendere possit. Dixerunt ergo quidam / quod homo vel angelus in puris naturalibus existens diligit deum plus quam seipsum naturali dilectione secundum amorem concupiscentie. quia scilicet bono diuino magis frui desiderat. tanquam maiori et suauiori. sed secundum amorem amicitie naturaliter homo diligit plus seipsum quam deum. Est enim amor concupiscentie qui dicitur amare illud quo volumus uti vel frui. sicut vinum vel aliud huiusmodi. Amor amicitie est qui dicitur amare amicum cui bonum volumus. Sed ista positio stare non potest. dilectio enim naturalis est quedam naturalis inclinatio indita nature a deo. nihil autem naturale est persuasum. Impossibile ergo est quod aliqua naturalis inclinatio vel dilectio sit peruersa. Peruersa autem dilectio est ut aliquis dilectione amicitie diligit plus se quam deum. ergo non potest talis dilectio esse naturalis. Dicendum est ergo quod diligere deum super omnia plus quam seipsum / est naturale. non solum angelo et homini. sed etiam cuilibet creature secundum quod potest amare aut sensibilibiter aut naturaliter. inclinationes enim naturales maxime cognosci possunt in his que naturaliter agunt absque rationis deliberatione. sic enim agit unumquodque in natura sicut aptum nature est agere. Videmus autem quod unaqueque pars naturalis quidam inclinatio inclinatur / et operatur ad bonum totius. etiam cum periculo aut detrimento proprio. ut patet cum aliquis manum exponit gladio ad defensionem capitis. ex quo dependet salus totius corporis. Unde naturale est quod quilibet pars suo modo potest amet totum quam seipsum. Unde et secundum hanc naturalem inclinationem sanctus et politica virtute / boni civis mortis periculo se exponit pro bono

no communi. Manifestū est autē qd deus est bonum commune toti⁹ vniuersi ⁊ omniū partiū ei⁹. **U**n de quolibet creatura suo modo naturaliter plus amat deum q̄ seipsam. **I**nsensibilia quidē naturaliter. bruta vero animalia sensitue. **C**reatura vero rationalis per intellectualem amorem qui dilectō dicitur. **A**d primū ergo dicendum qd diligere deū vt est p̄cipium toti⁹ esse ad naturalem inclinatioem siue dilectionem pertinet. sed diligere deum p̄out est obiectum beatitudinis est gratuite dilectionis in q̄ meituz consistit. **N**ec tñ necessariū ē vt i hoc sustineamus smāz **M**agistri dicentis qd homo i primo statu non habuit gratiam per quam mereri posset. **A**d secundum dicendum qd naturali dilectōne qua deus naturaliter super omnia diligitur. potest aliquis magis ⁊ minus vtī. et quando in summo fuerit tunc est summa p̄paratio ad gratiam habendam. **A**d terciū dicendum qd inclinatio rei naturalis est ad duo. scilicet ad moueri ⁊ ad agere. illa autē inclinatio nature que est ad moueri in seipsam recurua est. sicut ignis mouet sursum p̄pter sui conseruationem. sed illa inclinatio nature que est ad agere nō est recurua i seipsam. nō em ignis agit ad ḡnanduz ignem p̄pter seipsam. sed p̄pter bonū generati. qd est forma eius. ⁊ vterius p̄pter bonū comune qd est conseruatio speciei. vnde patet qd non est vniuersaliter verum. qd omnis dilectio naturalis sit i se recurua;

Deinde querebat de his q̄ pertinent ad bonū gr̄e. **E**t p̄mo de his que pertinent ad ip̄m bonū gr̄e. **S**cdō de his q̄ p̄tinēt ad malū culpę qd ei opponit. **C**ir

ca bonū gr̄e querebat. p̄mo de eo qd p̄tinē ad omēs. **S**cdō de eo qd p̄tinē ad clericos. **T**ercio de eo qd p̄tinē ad religiosos. **C**irca ea vero que p̄tinēt ad omnes. querebatur de duabus partibus penitentie. **P**rimo de contritōe. **Q**uā sci licet contritus teneatur magis velle esse i inferno q̄ peccare. **S**ecundo de confessione. **E**quit alia q̄stio

.ix. .q.

Ad primū sic procedit. **V**idetur qd contritus nō debeat magis velle esse i inferno q̄ peccare. pena em inferni est eterna et irremediabilis. de peccato autē potest liberari p̄ penitentiā. ergo debet magis velle peccare q̄ esse i inferno. **P**reterea pena inferni includit culpam. vna enim de penis inferni est vermis id est consciētie remorsus de culpa. **C**ulpa autē nō includit penam inferni. ergo magis ē eligēda culpa q̄ pena inferni. **S**ed cōtra est qd Ansel. dicit i libro de similitudinibus. qd aliquis debet magis eligere esse i inferno sine culpa. q̄ i paradiso cum culpa. qd innocens i inferno nō sentiret penas et peccato i paradiso nō gauderet de gloria. **R**esponsio dicendum qd contritus tenetur in generali velle pati magis q̄ cum q̄ penam q̄ peccare. et hoc ideo. quia contritio non potest esse sine charitate p̄ quam omnia dimittuntur peccata. **E**x charitate em homo pl⁹ diligit deum q̄ seipsam. peccare autē est facere contra deum. p̄m̄ri autem est aliquid pati contra seipsū. **U**n de charitas hoc requirit vt q̄libet penam homo contritus p̄eligat culpę. sed i speciali descendere ad hanc penam vel ad aliam non tenetur. quimmo stulte faceret si q̄ seipsam vel aliū sollicitaret sup huiusmodi p̄ticularibus penis. **M**a

manifestum est enim quod sicut delectabilia plus mouent in particulari considerata: quam in communi: ita et terribilia plus terrant si in particulari considerentur. Et aliqui sunt qui minori tentatione non cadunt qui forte in maiori caderent. sicut aliquis audiens adulterium non imitatur ad libidinem. sed si per considerationem descendat ad singulas illecebras magis mouetur. et similiter aliquis non refugeret mortem pro christo pati. sed si descenderet ad considerandum singulas penas magis retraheret. Et ideo descendere in talibus ad singularia est inducere hominem in tentationem. et precipere occasiones peccandi. Ad primum ergo dicendum. quod culpa mortalis de se perpetua est et irremediabilis. sed ex sola dei misericordia remedium habet. quia plus preponderat bonum diuinum contra quod agit culpa. bono nature create. cui opponitur pena. quam perpetuitas penae temporalitati culpe. Ad secundum dicendum quod remorsus conscientie non est culpa. sed consequens ad culpam. et posset esse sine culpa. ut in eo qui habet conscientiam errantem de preterito commisso. sic si aliquis credidit aliquid a se prius commissum esse illicitum. quod tamen licitum erat. et ipse dum faceret licitum reputabat;

Demum circa confessionem que debentur tria. Primo utrum sufficiat quod aliquis scripto confiteatur. an oporteat quod confiteatur verbo. Secundo an aliquis teneatur statim confiteri habita oportunitate. vel possit expectare usque ad quadragesimam. Tercio utrum presbyter parochialis debeat credere suo parochiano dicenti se alteri confessus et dare ei eucharistiam

am vel non;

Ad primum sic procedit. Videtur quod sufficiat si aliquis scripto confiteatur. Confessio enim requiritur ad manifestationem peccati. sed peccatum manifestari potest scripto sicut et verbo. ergo sufficit quod confiteatur scripto. Sed contra est quod dicitur ad Romanos decimo Ore confessio fit ad salutem. Responsio dicendum. quod confessio est quoddam sacramentale. sicut enim in baptismo requiritur aliquid ex parte ministri. scilicet ut abluatur. et verba proferat. Et aliquid ex parte suscipientis sacramentum. ut scilicet intendat et abluatur. Ita in sacramento penitentie ex parte sacerdotis requiritur quod absoluat sub aliqua forma verborum. ex parte vero penitentis requiritur quod se clauibus ecclesie subiiciat. peccata sua per confessionem manifestans. de necessitate ergo sacramenti est quod sua peccata manifestet. et contra hoc nullus dispensare potest. sicut nec contra baptismum. sed quod fiat manifestatio verbo non est de necessitate sacramenti. alioquin nulla necessitate posset aliter aliquis effectum huius sacramenti percipere nisi ore confitendo. quod patet esse falsum. Nam mutis vel quibuscumque aliis qui verbo confiteri non possunt. sufficit scripto vel nutibus confiteri. Nulla autem necessitate potest aliquis baptizari nisi in aqua. propter hoc quod aqua est de necessitate sacramenti. sed ex institutione ecclesie tenet homo qui potest. ut verbo confiteatur. non solum propter hoc. ut homo ore confitens. confitendo magis erubescat. et ut qui ore peccauit ore purgetur. sed etiam in omnibus sacramentis accipit id cuius est communior usus sic in sac-

mentali ablutione baptismi acci-
 pitur aqua. qua homines comuni-
 us utitur ad abluendum. et in eucha-
 ristia panis qui est communior cibo.
 unde et in manifestatione sacramen-
 tali peccatorum. convenit uti verbis.
 quibus homines communius et expressius
 suos conceptus significare con-
 sueverunt. Et attendendum est quod in hoc
 sacramento non imprimitur character
 sicut in baptismo. sed solum con-
 fertur gratia ad remissionem pec-
 cati. quam remissionem nullus con-
 sequitur peccando. peccat autem qui
 ordinationem ecclesie pretermit-
 tit. Unde in baptismo qui huc ea
 que sunt de necessitate sacramenti
 pretermittens statuta ecclesie. consequitur
 characterem sacramenti. sed non sa-
 cramenti effectum. hic autem nihil
 consequitur. Rationes autem
 que ad utramque partem ducuntur.
 non multum cogunt. nam neque ma-
 ifestatio ita expresse fieri potest scri-
 pto sicut verbo. Et quod dicitur Ore
 confessio fit ad salutem. non intelli-
 gitur de confessione peccatorum. sed
 de confessione fidei.

Questio .xi.

Hsecundum sic proceditur.
 Videtur quod aliquis possit differ-
 re confessionem suam usque ad
 quadragesimam. Quicumque enim
 huc preceptum ecclesie non delin-
 quit. sed ecclesia statuit quod semel in
 anno homines propria peccata con-
 fiteantur. ergo si aliquis expectat
 usque ad terminum ab ecclesia insti-
 tutum. non peccat. Preceptum bap-
 tismus est sacramentum necessitatis.
 sicut et penitentia. sed catechumenus
 non peccat. si differat baptismum
 usque ad sabbatum sanctum. ergo
 pari ratione nec contritus peccat.
 si differat confessionem usque ad qua-
 dragesimam. Preceptum maioris ne-
 cessitatis est contritio quam confessio.

quia confessio sine contritione non
 valet ad salutem. contritio autem
 sine confessione potest in aliquo ca-
 su valere. sed ille qui est in peccato
 non tenetur statim conteri. inten-
 tione ea que causat peccatum alio-
 quin peccator per singula momen-
 ta peccaret. ergo nec contritus tenetur
 statim confiteri. ita quod peccator
 si secus agat. Sed contra magis
 est subueniendum morbo spiri-
 rituali quam corporali. si aliquis sub-
 iectus morbo corporali. periculo se
 committeret. nisi remedium medi-
 cine quereret quam cito possit. et ex ne-
 gligentia peccaret. multo ergo magis
 peccat qui differt remedium con-
 fessionis adhibere contra spirituale
 morbum peccati. Responsio di-
 cendum. quod laudabile est quod quam cito
 commode peccator potest. suum
 peccatum confiteatur. quia in sa-
 cramento penitentie confertur gra-
 tia. que hominem reddit magis fir-
 mum ad resistendum peccato. Quis-
 dam autem dixerunt quod tenetur con-
 fiteri quam cito oportunitas confiten-
 di se obtulerit. ita quod si differat. pec-
 cat. Sed hoc est contra rationem
 precepti affirmativi. quod licet obli-
 get semper. non tamen obligat ad
 semper. sed pro loco et tempore. tem-
 pus autem implendi preceptum de
 confessione videtur. quando immi-
 net aliquis casus in quo necesse est
 homini. quod sit confessus. puta si im-
 mineat ei mortis articulus. vel ne-
 cessitas accipiendi eucharistiam.
 aut sacrum ordinem. vel aliquid hu-
 iusmodi. ad quod oportet hominem
 per confessionem purgatum pre-
 parari. Unde si aliquid horum immi-
 neat. et aliquis confiteri pretermittit.
 peccat. dummodo debita oppor-
 tunitas assit. et quod ex precepto ecclesie
 omnes fideles tenentur. saltem se-
 mel in anno precipue in festo pas-
 che sacramenti communionem reci-

pere. ideo ecclesia ordinavit ut se-
mel in anno quando imminet tem-
pus accipiendi eucharistiam oēs
fideles cōfiteātur. Dico ergo q̄ dif-
ferre confessionez vsq; ad hoc tem-
pus per se loquendo licitū est. sed
per accidēs potest fieri illicitū. pu-
ta si immineat aliquis articulus i q̄
cōfessio requirat. vel si aliq; ppter
contemptum / confessionem differat.
et similiter per accidēs posset
esse talis dilatio meritoria. si ad h̄
differat ut prudentiori cōfiteretur.
vel deuotius ppter sacz temp̄.

